

BOLETIN ECLESIASTICO DE FILIPINAS

VOL. XXXIX

APRIL, 1965

NUMBER 437

Editorial

THE PRIVILEGE OF ETERNITY

We are a generation proud of its achievements. And we are eager to see them at work.

In ecclesiastical matters we tend to forget that the Church of God, although moving with the times, is eternal. Patterned after a heavenly model, meant for a heavenly destiny, throbbing with heavenly life, she shares the eternity of heaven.

Man is everlasting as well. A gush of wind, a speck of dust, a shade of colour may make him to change position; but he is immortal, and everything his must come to share his life of immortality.

When the everlasting and the eternal blend together, the result is sublime in truth and beauty. Wisdom, and wisdom alone, sees it.

Such is the beauty of catholic liturgy: The everlasting man, redeemed and sanctified, communing in adoration with the eternal God, his redeemer and sanctifier.

Our own modern liturgical revival, intent in discarding the dust of centuries from the everlasting living rites, should be beautiful.

Yet, what is dust and what is life in the liturgy beloved by the man of past centuries? How much of the liturgical "dust"

of old is still encrusted in the living blood of our generation? Will it be necessary for the proper life of the generations to come? Wisdom, the divine wisdom of the Holy Ghost living in the Church, can see the difference.

The Bishops and Pastors, not our personal likings, are the recipient of the Spirit of Wisdom. The elimination of old ways, and the implantation of new, or better renewed, ones is their responsibility. Why to dare, or to forestall them? We do not have any authority granted by Our Lord Jesus Christ!

Saint Thomas explains the eternity as a sight from the top of a mountain down on the ways of little men starting, progressing and ending the course of their existence over the surrounding plain of time.

The privilege of eternity is then to move very slowly and very wisely, taking into account where things are going to end.

If our liturgy has the beauty of eternity, it must be carried on to revival, not by whims of devotees, but by the wisdom of our Pastors.

Fr. Jesus Ma. Merino Antolinez, O.P.

CONSTITUTIO DOGMATICA DE ECCLESIA

(*Continuatio*)

CAPUT III

DE CONSTITUTIONE HIERARCHICA ECCLESIAE ET IN SPECIE DE EPISCOPATU

18. Christus Dominus, ad Populum Dei pascendum semperque augendum, in Ecclesia sua varia ministeria instituit, quae ad bonum totius Corporis tendunt. Ministri enim, qui sacra potestate pollent, fratribus suis inserviunt, ut omnes qui de Populo Dei sunt, ideoque vera dignitate christiana gaudent, ad eundem finem libere et ordinatim conspirantes, ad salutem perveniant.

Haec Sacrosancta Synodus, Concilii Vaticani primi vestigia premens, cum eo docet et declarat Iesum Christum Pastorem aeternum sanctam aedificasse Ecclesiam, missis Apostolis sicut Ipse missus erat a Patre (cfr. Io. 20, 21); quorum successores, videlicet Episcopos, in Ecclesia sua usque ad consummationem saeculi pastores esse voluit. Ut vero Episcopatus ipse unus et indivisus esset, beatum Petrum ceteris Apostolis praeponit in ipsoque instituit perpetuum ac visibile unitatis fidei et communionis principium et fundamentum.¹ Quam doctrinam de institutione, perpetuitate, vi ac ratione sacri Primatus Romani Pontificis deque eius infallibili Magisterio, Sacra Synodus cunctis fidelibus firmiter credendam rursus proponit, et in eodem incepto pergens, doctrinam de Episcopis, successoribus Apostolorum, qui cum successore Petri, Christi Vicario² ac totius Ecclesiae visibili Capite, domum Dei viventis regunt, coram omnibus profiteri et declarare constituit.

¹ Cfr. Conc. Vat. I, Sess. IV, Const. Dogm. *Pastor aeternus*: Denz. 1821 (3050 s.).

² Cfr. Conc. Flor., Decretum pro Graecis: Denz. 694 (1307) et Conc. Vat. I, ib.: Denz. 1826 (3059).

19. Dominus Jesus, precibus ad Patrem fuis, vocans ad Se quos voluit Ipse, duodecim constituit ut essent cum Illo et ut mitteret eos praedicare Regnum Dei (cfr. Marc. 3, 13-19; Matth. 10, 1-42); quos Apostolos (cfr. Luc. 6, 13) ad modum collegii seu coetus stabilis instituit, cui ex iisdem electum Petrum praefecit (cfr. Io. 21, 15-17). Eos ad filios Israel primum et ad omnes gentes misit (cfr. Rom. 1, 16), ut suae participes potestatis, omnes populos discipulos Ipsius facerent, eosque sanctificarent et gubernarent (cfr. Matth. 28, 16-20; Marc. 16, 15; Luc. 24, 45-48; Io. 20, 21-23), sicque Ecclesiam propagarent, eamque sub ductu Domini ministrando pascerent, omnibus diebus usque ad consummationem saeculi (cfr. Matth. 28, 20). In quae missione die Pentecostes plene confirmati sunt (cfr. Act. 2, 1-26) secundum promissum Domini: «Accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos, et eritis Mihi testes in Ierusalem, et in omni Iudaea et Samaria, et usque ad ultimum terrae» (Act. 1, 8). Apostoli autem praedicando ubique Evangelium (cfr. *March.* 16, 20), ab audientibus Spiritu Sancto operante acceptum, Ecclesiam congregant universalem, quam Dominus in Apostolis condidit et supra beatum Petrum, eorum principem, aedificavit, ipso summo angulari lapide Christo Iesu (cfr. *Apoc.* 21, 14; *Matth.* 16, 18; *Eph.* 2, 20).³

20. Missio illa divina, a Christo Apostolis concredita, ad finem saeculi erit duratura (cfr. *Matth.* 28, 20), cum Evangelium, ab eis tradendum, sit in omne tempus pro Ecclesia totius vitae principium. Quapropter Apostoli, in hac societate hierarchice ordinata, de instituendis successoribus curam egerunt.

Non solum enim varios adiutores in ministerio habuerunt,⁴ sed ut missio ipsis concredita post eorum mortem continuaretur, cooperatoribus suis immediatis, quasi per modum testamenti, demandaverunt munus perficiendi et confirmandi opus ab ipsis inceptum,⁵ commendantes illis ut attenderent universo gregi, in quo Spiritus Sanctus eos posuit pascere Ecclesiam Dei (cfr. *Act.* 20, 28). Constituerunt itaque huius modi viros ac deinceps ordinationem dederunt, ut cum decessissent, ministerium eorum alii viri probati exciperent.⁶ Inter varia illa ministeria quae inde a primis temporibus in Ecclesia exercentur, teste traditione, praecipuum locum tenet munus illorum qui, in episcopatum constituti, per successionem ab initio decurrentem,⁷ apostolici seminis traduces habent.⁸ Ita, ut testatur S.

³ Cfr. *Liber sacramentorum* S. Gregorii, Praefatio in Cathedra S. Petri, in natali S. Mathiae et S. Thomae: PL 78, 50, 51 et 152. S. Hilarius, *In Ps.* 67, 10: PL 9, 450; CSEL 22, p. 286. S. Hieronymus, *Adv. Iovin.* 1, 26: PL 23, 247 A. S. Augustinus, *In Ps.* 86, 4: PL 37, 1103. S. Gregorius M., *Mor. in Iob*, XXVIII, V: PL 76, 455-456. Primasius, *Comm. in Apoc.* V: PL 68, 924 BC. Paschasius Radb., *In Matth.* L. VIII, cap. 16: PL 120, 561 C. Cfr. Leo XIII, *Epist. Et sane*, 17 dec. 1888: ASS 21 (1888) p. 321.

⁴ Cfr. *Act.* 6, 2-6; 11, 30; 13, 1; 14, 23; 20, 17; 1 *Thess.* 5, 12-13; *Phil.* 1, 1; *Col.* 4, 11, et passim.

⁵ Cfr. *Act.* 20, 25-27; 2 *Tim.* 4, 6 s. coll. c. 1 *Tim.* 5, 22; 2 *Tim.* 2, 2; *Tit.* 1, 5, S. Clem. Rom., *Ad Cor.* 44, 3; ed. Funk, I, p. 156.

⁶ S. Clem. Rom., *Ad Cor.* 44, 2; ed. Funk, I, p. 154 s.

⁷ Cfr. Tertull., *Praescr. Haer.* 32: PL 2, 52 s.; S. Ignatius M., passim.

⁸ Cfr. Tertull., *Praescr. Haer.* 32: PL 2, 53.

Irenaeus, per eos qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi et successores eorum usque ad nos, traditio apostolica in toto mundo manifestatur⁹ et custoditur.¹⁰

Episcopi igitur communitalis ministerium cum adiutoribus presbyteris et diaconis susceperunt,¹¹ loco Dei praesidentes gregi,¹² cuius sunt pastores, ut doctrinae magistri, sacri cultus sacerdotes, gubernationis ministri.¹³ Sicut autem permanet munus a Domino singulariter Petro, primo Apostolorum, concessum et successoribus eius transmittendum, ita permanet munus Apostolorum pascendi Ecclesiam, ab ordine sacro Episcoporum iugiter exercendum.¹⁴ Proinde docet Sacra Synodus Episcopos ex divina institutione in locum Apostolorum successisse,¹⁵ tanquam Ecclesiae pastores, quos qui audit, Christum audit, qui vero spernit, Christum spernit et Eum qui Christum misit (cfr. *Luc.* 10, 16).¹⁶

21. In Episcopis igitur, quibus presbyteri assistunt, adest in medio credentium Dominus Iesus Christus, Pontifex Summus. Sedens enim ad dexteram Dei Patris, non deest a suorum congregatione pontificum,¹⁷ sed imprimis per eorum eximium servitium verbum Dei omnibus gentibus praedicat et credentibus sacramenta fidei continuo administrat, eorum paterno munere (cfr. *1 Cor.* 4, 15) nova membra Corpori suo regeneratione superna incorporat, eorum denique sapientia et prudentia populum Novi Testamenti in sua ad aeternam beatitudinem peregrinatione dirigit et ordinat. Hi pastores ad pascendum dominicum gregem electi, ministri Christi sunt et dispensatores mysteriorum Dei (cfr. *1 Cor.* 4, 1), quibus concredita est testificatio Evangelii gratiae Dei (cfr. *Rom.* 15, 16; *Act.* 20, 24), atque ministratio Spiritus et iustitiae in gloria (cfr. *2 Cor.* 3, 8-9).

Ad tanta munera explenda, Apostoli speciali effusione supervenientis Spiritus Sancti a Christo ditati sunt (cfr. *Act.* 1, 8; 2, 4; *Io.* 20, 22-23), et ipsi adiutoribus suis per impositionem manuum donum spirituale tradiderunt (cfr. *1 Tim.* 4, 14; *2 Tim.* 1, 1, 6-7), quod usque ad nos in episcopali consecratione transmissum est.¹⁸ Docet autem Sancta Synodus episcopali

⁹ Cfr. S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 3, 1; PG 7, 848 A; Harvey 2, 8; Sagnard, p. 100 s.: «manifestatam».

¹⁰ Cfr. S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 2, 2; PG 7, 847; Harvey 2, 7; Sagnard, p. 100: «custoditur», cfr. ib. IV, 26, 2; col. 1053; Harvey 2, 236, necnon IV, 33, 8; col. 1077; Harvey 2, 262.

¹¹ S. Ign. M., *Philad.*, Praef.; ed. Fund, I, p. 264.

¹² S. Ign. M., *Philad.*, 1, 1; *Magn.* 6, 1; Ed. Funk, I, pp. 264 et 234.

¹³ S. Clem. Rom., 1. c., 42, 3-4; 44, 3-4; 57, 1-2; Ed. Funk, I, 152, 156, 171 s. S. Ign. M., *Philad.* 2; *Smyrn.* 8; *Magn.* 3; *Trall.* 7; Ed. Funk, I, p. 265 s.; 282; 232; 246 s. etc.; S. Iustinus, *Apol.*, 1, 65; PG 6, 428; S. Cyprianus, *Epist.* passim.

¹⁴ Cfr. Leo XIII, *Epist. Encycl. Satis cognitum*, 29 iun. 1896: ASS 28 (1895-96) p. 732.

¹⁵ Cfr. Conc. Trid., Sess. 23, *Decr. de sacr. Ordinibus*, cap. 4: Denz. 960 (1768); Conc. Vat. I, Sess. 4, Const. Dogm. 1 *De Ecclesia Christi*, cap. 3: Denz. 1828 (3061). Pius XII, *Litt. Encycl. Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943) pp. 209 et 212. *Cod. Iur. Can.*, c. 329 § 1.

¹⁶ Cfr. Leo XIII, *Epist. Et sane*, 17 dec. 1888: ASS 21 (1888) p. 321 s.

¹⁷ S. Leo M., *Serm.* 5, 3: PL 54, 154.

¹⁸ Conc. Trid., Sess. 23, cap. 3, citat verba *2 Tim.* 1, 6-7, ut demonstrat Ordinem esse verum sacramentum: Denz. 959 (1766).

consecratione plenitudinem conferri sacramenti Ordinis, quae nimirum et liturgica Ecclesiae consuetudine et voce Sanctorum Patrum summum sacerdotium, sacri ministerii summa nuncupatur.¹⁹ Episcopalis autem consecratio, cum munere sanctificandi, munera quoque confert docendi et regendi, quae tamen natura sua nonnisi in hierarchica communione cum Collegii Capite et membris exerceri possunt. Ex traditione enim, quae praesertim liturgicis ritibus et Ecclesiae tum Orientis tum Occidentis usu declaratur, perspicuum est manuum impositione et verbis consecrationis gratiam Spiritus Sancti ita conferri²⁰ et sacrum characterem ita imprimi,²¹ ut Episcopi, eminenti ac adspectabili modo, ipsius Christi Magistri, Pastoris et Pontificis partes sustineant et in Eius persona agant.²² Episcoporum est per Sacramentum Ordinis novos electos in corpus episcopale assumere.

22. Sicut, statuente Domino, sanctus Petrus et ceteri Apostoli unum Collegium apostolicum constituunt, pari ratione Romanus Pontifex, successor Petri, et Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur. Iam perantiqua disciplina, qua Episcopi in universo orbe constituti ad invicem et cum Romano Episcopo communicabant in vinculo unitatis, caritatis et pacis,²³ itemque concilia coadunata,²⁴ per quae et altiora quaeque in commune staterentur,²⁵ sententia multorum consilio ponderata,²⁶ ordinis episcopalis indolem et rationem collegialem significant; quam manifeste comprobant Concilia oecumenica decursu saeculorum celebrata. Eadem vero iam innuit ipse usus, antiquitus inductus, plures advocandi Episcopos qui in novo electo ad summi sacerdotii ministerium elevando partem haberent. Membrum Corporis episcopalis aliquis constituitur vi sacramentalis consecrationis et hierarchica communione cum Collegii Capite atque membris.

Collegium autem seu corpus Episcoporum auctoritatem non habet, nisi simul cum Pontifice Romano, successore Petri, ut capite eius intellegatur,

¹⁹ In *Trad. Apost.* 3, ed. Botte, *Sources Chr.*, pp. 27-30. Episcopo tribuitur «primatus sacerdotii». Cfr. *Sacramentarium Leonianum*, ed. C. Mohlberg, *Sacramentarium Veronense*, Romae, 1955, p. 119: «ad summi sacerdotii ministerium. Comple in sacerdotibus tuis mysterium summae». . . . Idem, *Liber Sacramentorum Romanae Ecclesiae*, Romae, 1960, pp. 121-122: «Tribuas eis, Domine, cathedram episcopalem ad regendam Ecclesiam tuam et plebem universam». Cfr. PL 78, 224.

²⁰ *Trad. Apost.* 2, ed. Botte, p. 27.

²¹ Conc. Trid., Sess. 23, cap. 4, docet Ordinis sacramentum imprimere characterem indelebilem: Denz. 960 (1767). Cfr. Ioannes XXIII, *Alloc. Iubilatio Deo*, 8 maii 1960: AAS 52 (1960) p. 466. Paulus VI, Homelia in Bas. Vaticana, 20 Oct. 1963: ASS 55 (1963) p. 1014.

²² S. Cyprianus, *Epist.* 63, 14: PL 4, 386; Hartel, III B, p. 713: «Sacerdos vice Christi vere fungitur». S. Io. Chrysostomus, In 2 *Tim.* Hom. 2, 4: PG 62, 612: Sacerdos est «symbolon» Christi. S. Ambrosius, In *Ps.* 38, 25-26: PL 14, 1051-52: CSEL 64, 203-204. Ambrosiaster, In 1 *Tim.* 5, 19: PL 17, 479 C et In Eph. 4, 11-12: col. 387. C. Theodorus Mops., *Hom. Catéch.* XV, 21 et 24: ed. Tonneau, pp. 497 et 503. Hesychius Hieros., In *Lev.* L. 2, 9, 23: PG 93, 894 B.

²³ Cfr. Eusebius, *Hist. Eccl.*, V, 24, 10: GCS II, 1, p. 495; ed. Bardy, *Sources Chr.* II, p. 69. Dionysius, apud Eusebium, *ib.* VII, 5, 2: GCS II, 2, p. 638 s.; Bardy, II, p. 168 s.

²⁴ Cfr. de antiquis Conciliis, Eusebius, *Hist. Eccl.* V, 23-24: GCS II, 1, p. 488 ss.; Bardy, II, p. 66 ss. et passim. Conc. Nicaenum, Can. 5: *Conc. Oec. Decr.* p. 7.

²⁵ Tertullianus, *De Ieiunio*, 13: PL 2, 972 B; CSEL 20, p. 292, lin. 13-16.

²⁶ S. Cyprianus, *Epist.* 56, 3: Hartel, III B, p. 650; Bayard, p. 154.

huiusque integre manente potestate Primatus in omnes sive Pastores sive fideles. Romanus enim Pontifex habet in Ecclesiam, vi muneris sui, Vicarii scilicet Christi et totius Ecclesiae Pastoris, plenam, supremam et universalem potestatem, quam semper libere exercere valet. Ordo autem Episcoporum, qui collegio Apostolorum in magisterio et regimine pastoralis succedit, immo in quo corpus apostolicum continuo perseverat, una cum Capite suo Romano Pontifice, et numquam sine hoc Capite, subiectum quoque supremae ac plenae potestatis in universam Ecclesiam exsistit,²⁷ quae quidem potestas nonnisi consentiente Romano Pontifice exerceri potest. Dominus unum Simonem ut petram et clavigerum Ecclesiae posuit (cfr. *Matth.* 16, 18-19), eumque Pastorem totius gregis constituit (cfr. *Io.* 21, 15 ss.); illud autem ligandi ac solvendi munus, quod Petro datum est (*Matth.* 16, 19), collegio quoque Apostolorum, suo Capiti coniuncto, tributum esse constat (*Matth.* 18, 18; 28, 16-20).²⁸ Collegium hoc quatenus ex multis compositum, varietatem et universitatem Populi Dei, quatenus vero sub uno capite collectum unitatem gregis Christi exprimit. In ipso, Episcopi, primatum et principatum Capitis sui fideliter servantes, propria potestate in bonum fidelium suorum, immo totius Ecclesiae funguntur, Spiritu Sancto organicam structuram eiusque concordiam continenter roborante. Suprema in universam Ecclesiam potestas, qua istud Collegium pollet, sollemni modo in Concilio Oecumenico exercetur. Concilium Oecumenicum numquam datur, quod a Successore Petri non sit ut tale confirmatum vel saltem receptum; et Romani Pontificis praerogativa est haec Concilia convocare, iisdem praesidere et eadem confirmare.²⁹ Eadem potestas collegialis una cum Papa exerceri potest ab Episcopis in orbe terrarum degentibus, dummodo Caput Collegii eos ad actionem collegialem vocet, vel saltem Episcoporum dispersorum unitam actionem approbet vel libere recipiat, ita ut verus actus collegialis efficiatur.

23. Collegialis unio etiam in mutuis relationibus singulorum Episcoporum cum particularibus Ecclesiis Ecclesiaeque universali apparet. Romanus Pontifex, ut successor Petri, est unitatis, tum Episcoporum tum fidelium multitudinis, perpetuum ac visibile principium et fundamentum,³⁰ Episcopi autem singuli visibile principium et fundamentum sunt unitatis in suis Ecclesiis particularibus,³¹ ad imaginem Ecclesiae universalis formati, in quibus et ex quibus una et unica Ecclesia catholica exsistit.³² Qua de causa singuli Episcopi suam Ecclesiam, omnes autem simul cum Papa totam Ecclesiam repraesentant in vinculo pacis, amoris et unitatis.

²⁷ Cfr. Relatio officialis Zinelli, in Conc. Vat. I: Mansi 52, 1109 C.

²⁸ Cfr. Conc. Vat. I, Schema Const. dogm. II, de *Ecclesia Christi*, c. 4: Mansi 53, 310. Cfr. Relatio Kleutgen de Schemate reformato: Mansi 53, 321 B-322 B et declaratio Zinelli: Mansi 52, 1110 A. Vide etiam S. Leonem M., *Serm.* 4, 3: PL 54, 151 A.

²⁹ Cfr. *Cod. Iur. Can.*, c. 227.

³⁰ Cfr. Conc. Vat. I, Const. Dogm. *Pastor aeternus*: Denz. 1821 (3050 s.).

³¹ Cfr. S. Cyprianus, *Epist.* 66, 8: Hartel III, 2, p. 733: «Episcopos in Ecclesia et Ecclesia in Episcopo».

³² Cfr. S. Cyprianus, *Epist.* 55, 24: Hartel, p. 642, lin. 13: «Una Ecclesia per totum mundum in multa membra divisa». *Epist.* 36, 4: Hartel, p. 575, lin. 20-21.

Singuli Episcopi, qui particularibus Ecclesiis praeficiuntur, regimen suum pastorale super portionem Populi Dei sibi commissam, non super alias Ecclesias neque super Ecclesiam universalem exercent. Sed quae membra Collegii episcopalis et legitimi Apostolorum successores singuli ea sollicitudine pro universa Ecclesia ex Christi institutione et praecepto tenentur,³³ quae, etiamsi per actum iurisdictionis non exerceatur, summopere tamen confert ad Ecclesiae universalis emolumentum. Debent enim omnes Episcopi promovere et tueri unitatem fidei et disciplinam cunctae Ecclesiae communem, fideles edocere ad amorem totius Corporis mystici Christi, praesertim membrorum pauperum, dolentium et eorum qui persecutionem patiuntur propter iustitiam (cfr. *Matth.* 5, 10), tandem promovere omnem actuositatem quae toti Ecclesiae communis est, praesertim ut fides incrementum capiat et lux plenae veritatis omnibus hominibus oriatur. Ceterum hoc sanctum est quod, bene regendo propriam Ecclesiam ut portionem Ecclesiae universalis, ipsi efficaciter conferunt ad bonum totius mystici Corporis, quod est etiam corpus Ecclesiarum.³⁴

Cura Evangelium ubique terrarum annuntiandi ad corpus Pastorum pertinet, quibus omnibus in commune Christus mandatum dedit imponendo commune officium, ut iam Papa Coelestinus Patribus Ephesini Concilii commendavit.³⁵ Unde singuli Episcopi, quantum propria eorum perfunctio muneris sinit, in laborum societatem venire tenentur inter se et cum successore Petri, cui grande munus, christiani nominis propagandi singulari modo demandatum est.³⁶ Quare missionibus tum messis operarios, tum etiam auxilia spiritualia et materialia, tam per se directe, quam suscitando fidelium ardentem cooperationem, suppeditare omnibus viribus debent. Episcopi denique, in universali caritatis societate, fraternali adiutorium aliis Ecclesiis, praesertim finitimis et egentioribus, secundum venerandum antiquitatis exemplum, libenter praebeant.

Divina autem Providentia factum est ut variae variis in locis ab Apostolis eorumque successoribus institutae Ecclesiae decursu temporum in plures coaluerint coetus, organice coniunctos, qui, salva fidei unitate et unica divina constitutione universalis Ecclesiae, gaudent propria disciplina, proprio liturgico usu, theologico spiritualique patrimonio. Inter quas aliquae, notatim antiquae Patriarchales Ecclesiae, veluti matrices fidei, alias pepererunt quasi filias, quibuscum arctiore vinculo caritatis in vita sacramentali atque in mutua iurium et officiorum reverentia ad nostra usque

³³ Cfr. Pius XII, Litt. Encycl. *Fidei Donum*, 21 apr. 1957: AAS 49 (1957) p. 237.

³⁴ Cfr. S. Hilarius Pict., *In Ps.* 14, 3: PL 9, 206; CSEL 22, p. 86.—S. Gregorius M., *Moral.* IV, 7, 12: PL 75, 643 C. Ps.—Basilus, *In Is.* 15, 296: PG 30, 637 C.

³⁵ S. Coelestinus, *Epist.* 18, 1-2, ad Conc. Eph.: PL 50, 505 AB; Schwartz, *Acta Conc. Oec.* I, 1, 1, p. 22. Cfr. Benedictus XV, *Epist. Apost. Maximum illud*: AAS 11 (1919) p. 440. Pius XI, Litt. Encycl. *Rerum Ecclesiae*, 28 febr. 1926: AAS 18 (1926) p. 69. Pius XII, Litt. Encycl. *Fidei Donum*, 1. c.

³⁶ Leo XIII, Litt. Encycl. *Grande munus*, 30 Sept. 1880: ASS 13 (1880) p. 145. Cfr. *Cod. Iur. Can.*, c. 1327; c. 1350 § 2.

tempora connectuntur.³⁷ Quae Ecclesiarum localium in unum conspirans varietas indivisae Ecclesiae catholicitatem luculentius demonstrat. Simili ratione Coetus Episcopales hodie multiplicem atque fecundam opem conferre possunt, ut collegialis affectus ad concretam applicationem perducat.

24. Episcopi, utpote Apostolorum successores, a Domino, cui omnis potestas in coelo et in terra data est, missionem accipiunt docendi omnes gentes et praedicandi Evangelium omni creaturae, ut homines universi, per fidem, baptismum et adimpletionem mandatorum salutem consequantur (cfr. *Matth.* 28, 18; *March.* 16, 15-16; *Act.* 26, 17 s.). Ad hanc missionem implendam, Christus Dominus Spiritum Sanctum promisit Apostolis et die Pentecostes e coelo misit, cuius virtute testes Eidem essent usque ad ultimum terrae, coram gentibus et populis et regibus (cfr. *Act.* 1, 8; 2, 1 ss.; 9, 15). Munus autem illud, quod Dominus pastoribus populi sui commisit, verum est servitium quod in sacris Litteris «diakonia» seu ministerium significanter nuncupatur (cfr. *Act.* 1, 17, et 25; 21, 19; *Rom.* 11, 13; *1 Tim.* 1, 12).

Episcoporum autem missio canonica fieri potest per legitimas consuetudines, a suprema et universali potestate Ecclesiae non revocatas, vel per leges ab eadem auctoritate latas aut agnitas, vel directe per ipsum successorem Petri; quo renuente seu communionem Apostolicam denegante Episcopi in officium assumi nequeunt.³⁸

25. Inter praecipua Episcoporum munera eminet praedicatio Evangelii.³⁹ Episcopi enim sunt fidei praecones, qui novos discipulos ad Christum adducunt, et doctores authentici seu auctoritate Christi praediti, qui populo sibi commisso fidem credendam et moribus applicandam praedicant, et sub lumine Sancti Spiritus illustrant, ex thesauro Revelationis nova et vetera proferentes (cfr. *Matth.* 13, 52), eam fructificare faciunt erroresque gregi suo impendentes vigilanter arcent (cfr. *2 Tim.* 4, 1-4). Episcopi in communione cum Romano Pontifice docentes ab omnibus tamquam divinae et catholicae veritatis testes venerandi sunt; fideles autem in sui Episcopi sententiam de fide et moribus nomine Christi prolatam concurrere, eique religioso animi obsequio adhaerere debent. Hoc vero religiosum voluntatis et intellectus obsequium singulari ratione praestandum est Romani Pontificis authentico magisterio etiam cum non ex cathedra loquitur; ita nempe ut magisterium eius supremum reverenter agnoscatur, et sententiis ab eo prolatiis sincere adhaereatur, iuxta mentem et voluntatem manifesta-

³⁷ De iuribus Sedium patriarchalium, cfr. Conc. Nicaenum, can. 6 de Alexandria et Antiochia, et can. 7 de Hierosolymis; *Conc. Oec. Decr.*, p. 8 - Conc. Later. IV, anno 1215, Constit. V: *De dignitate Patriarcharum*: ibid. p. 212. - Conc. Ferr.-Flor.: ibid. p. 504.

³⁸ Cfr. *Cod. Iuris pro Eccl. Orient.*, c. 216-314: de Patriarchis; c. 324-339: de Archiepiscopis maioribus; c. 362-391: de aliis dignitariis; in specie, c. 238 § 3; 216; 240; 251; 255: de Episcopis a Patriarcha nominandis.

³⁹ Cfr. Conc. Trid., Decr. de reform., Sess. V, c. 2, n. 9; et Sess. XXIV, can. 4; *Conc. Oec. Decr.* pp. 645 et 739.

tam ipsius, quae se prodit praecipue sive indole documentorum, sive ex frequenti propositione eiusdem doctrinae, sive ex dicendi ratione.

Licet singuli praesules infallibilitatis praerogativa non polleant, quando tamen, etiam per orbem dispersi, sed communionis nexum inter se et cum Successore Petri servantes, authentice res fidei et morum docentes in unam sententiam tamquam definitive tenendam conveniunt, doctrinam Christi infallibiliter enuntiant.⁴⁰ Quod adhuc manifestius habetur quando, in Concilio Oecumenico coadunati, pro universa Ecclesia fidei et morum doctores et iudices sunt, quorum definitionibus fidei obsequio est adhaerendum.⁴¹

Haec autem infallibilitas, qua Divinus Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel moribus instructam esse voluit, tantum patet quantum divinae Revelationi patet depositum, sancte custodiendum et fideliter exponendum. Qua quidem infallibilitate Romanus Pontifex, Collegii Episcoporum Caput vi muneris sui gaudet, quando, ut supremus omnium christifidelium pastor et doctor, qui fratres suos in fide confirmat (cfr. *Luc.* 22, 32), doctrinam de fide vel moribus definitivo actu proclamat.⁴² Quare definitiones eius ex sese et non ex consensu Ecclesiae, irreformabiles merito dicuntur, quippe quae sub assistentia Spiritus Sancti, ipsi in beato Petro promissa, prolatae sint, ideoque nulla indigeant aliorum approbatione, nec ullam ad aliud iudicium appellationem patiantur. Tunc enim Romanus Pontifex non ut persona privata sententiam profert, sed ut universalis Ecclesiae magister supremus, in quo charisma infallibilitatis ipsius Ecclesiae singulariter inest, doctrinam fidei catholicae exponit vel tuetur.⁴³ Infallibilitas Ecclesiae promissa in corpore Episcoporum quoque inest, quando supremum magisterium cum Petri Successore exercet. Istis autem definitionibus assensus Ecclesiae numquam deesse potest propter actionem eiusdem Spiritus Sancti, qua universus Christi grex in unitate fidei servatur et proficit.⁴⁴

Cum autem sive Romanus Pontifex sive Corpus Episcoporum cum eo sententiam definiunt, eam proferunt secundum ipsam Revelationem, cui omnes stare at conformari tenentur et quae scripta vel tradita per legitimam Episcoporum successionem et imprimis ipsius Romani Pontificis cura integre transmittitur, atque prae lucente Spiritu veritatis in Ecclesia sancte servatur et fideliter exponitur.⁴⁵ Ad quam rite indagandam et apte enuntiandam, Romanus Pontifex et Episcopi, pro officio suo et rei gravitate,

⁴⁰ Cfr. Conc. Vat. I, Const. dogm. *Dei Filius*, 3: Denz. 1712 (3011). Cfr. nota adiecta ad Schema I de *Eccl.* (desumpta ex. S. Rob. Bellarmino): Mansi 51, 579 C; necnon Schema reformatum Const. II de Ecclesia Christi, cum commentario Kleutgen: Mansi 53, 313 AB. Pius IX, Epist. *Tuas libenter*: Denz. 1683 (2879).

⁴¹ Cfr. *Cod. Iur. Can.*, c. 1322-1323.

⁴² Cfr. Conc. Vat. I, Const. dogm. *Pastor Aeternus*: Denz. 1839 (3074).

⁴³ Cfr. explicatio Gasser in Conc. Vat. I: Mansi 52, 1213 AC.

⁴⁴ Gasser, ib.: Mansi 1214 A.

⁴⁵ Gasser, ib.: Mansi 1215 CD, 1216-1217 A.

per media apta, sedulo operam navant;⁴⁶ novam vero revelationem publicam tamquam ad divinum fidei depositum pertinentem non accipiunt.⁴⁷

26. Episcopus, plenitudine sacramenti Ordinis insignitus, est «oeconomus gratiae supremi sacerdotii»,⁴⁸ praesertim in Eucharistia, quam ipse offert vel offerri curat,⁴⁹ et qua continuo vivit et crescit Ecclesia. Haec Christi Ecclesia vere adest in omnibus legitimis fidelium congregationibus localibus, quae, pastoribus suis adhaerentes, et ipsae in Novo Testamento ecclesiae vocantur.⁵⁰ Hae sunt enim loco suo Populus novus a Deo vocatus, in Spiritu Sancto et in plenitudine multa (cfr. *1 Thess.* 1, 5). In eis praedicatione Evangelii Christi congregantur fideles et celebratur mysterium Coenae Domini, «ut per escam et sanguinem Domini corporis fraternitas cuncta copuletur».⁵¹ In quavis altaris communitate, sub Episcopi sacro ministerio,⁵² exhibetur symbolum illius caritatis et «unitatis Corporis mystici, sine qua non potest esse salus»⁵³ In his communitatibus, licet saepe exiguis et pauperibus, vel in dispersione degentibus, praesens est Christus, cuius virtute consociatur una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia.⁵⁴ Etenim «non aliud agit participatio corporis et sanguinis Christi, quam ut in id quod sumimus transeamus».⁵⁵

Omnis autem legitima Eucharistiae celebratio dirigitur ab Episcopo, cui officium commissum est cultum christianae religionis Divinae Maiestati deferendi atque administrandi secundum praecepta Domini et Ecclesiae leges, eius particulari iudicio ulterius pro dioecesi determinatas.

Ita Episcopi, orando pro populo et laborando, de plenitudine sanctitatis Christi multiformiter et abundanter effundunt. Per ministerium verbi virtutem Dei credentibus in salutem communicant (cfr. *Rom.* 1, 16), et per sacramenta, quorum regularem et fructuosam distributionem auctoritate sua ordinant,⁵⁶ fideles sanctificant. Ipsi regunt collationem baptismi, quo regalis sacerdotii Christi participatio conceditur. Ipsi sunt ministri originarii confirmationis, dispensatores sacrorum ordinum et moderatores disciplinae poenitentialis, atque populos suos, ut in liturgia et praesertim in sacro Missae sacrificio partes suas fide et reverentia impleant, sollicitè exhortantur et instruunt. Eis denique quibus praesunt exemplo conversationis suae proficere debent, mores suos ab omni malo temperantes et quan-

⁴⁶ Gasser, ib.: Mansi 1213.

⁴⁷ Conc. Vat. I, Const. dogm. *Pastor Aeternus*, 4: Denz. 1836 (3070).

⁴⁸ Oratio consecrationis episcopalis in ritu byzantino: *Euchologion to mega*, Romae, 1873, p. 139.

⁴⁹ Cfr. S. Ignatius M., *Smyrn.* 8, 1: ed. Funk, I, p. 282.

⁵⁰ Cfr. *Act.* 8, 1: 14, 22-23; 20, 17, et passim.

⁵¹ Oratio mozarabica: PL 96, 759 B.

⁵² Cfr. S. Ignatius M., *Smyrn.* 8, 1: ed. Funk, I, p. 282.

⁵³ S. Thomas, *Summa Theol.* III, q. 73, a. 3.

⁵⁴ Cfr. S. Augustinus, *C. Faustum*, 12, 20: PL 42, 265; *Serm.* 57, 7: PL 38, 389, etc.

⁵⁵ S. Leo M., *Serm.* 63, 7: PL 54, 357 C.

⁵⁶ *Traditio Apostolica Hippolyti*, 2-3: ed. Botte, pp. 26-30.

tum poterint, Domino adiuvente, ad bonum commutando, ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniant sempiternam.⁵⁷

27. Episcopi Ecclesias particulares sibi commissas ut vicarii et legati Christi regunt,⁵⁸ consiliis, suasionibus, exemplis, verum etiam auctoritate et sacra potestate, qua quidem nonnisi ad gregem suum in veritate et sanctitate aedificandum utuntur, memores quod qui maior est fiat sicut minor et qui praecessor est sicut ministrator (cfr. *Luc.* 22, 26-27). Haec potestas qua, nomine Christi personaliter funguntur, est propria, ordinaria et immediata, licet a suprema Ecclesiae auctoritate exercitium eiusdem ultimatum regatur et certis limitibus, intuitu utilitatis Ecclesiae vel fidei, circumscribi possit. Vi huius potestatis Episcopi sacrum ius et coram Domino officium habent in suos subditos leges ferendi, iudicium faciendi, atque omnia, quae ad cultus apostolatusque ordinem pertinent, moderandi.

Ipsis munus pastorale seu habitualis et cotidiana cura ovium suarum plene committitur, neque vicarii Romanorum Pontificum putandi sunt, quia potestatem gerunt sibi propriam verissimeque populorum quos regunt, Antistites dicuntur.⁵⁹ Eorum itaque potestas a suprema et universali potestate non eliditur, sed e contra asseritur, roboratur et vindicatur,⁶⁰ Spiritu Domino in sua Ecclesia regiminis formam indefectibiliter servante.

Episcopus, missus a Patrefamilias ad gubernandam familiam suam, ante oculos teneat exemplum Boni Pastoris, qui non ministrari sed ministrare (cfr. *Matth.* 20, 28; *Marc.* 10, 45) et animam suam pro ovibus ponere (cfr. *Io.* 10, 11). Assumptus ex hominibus et circumdatus infirmitate, condolere potest iis qui ignorant et errant (cfr. *Hebr.* 5, 1-2). Subditos, quos ut veros filios suos fovet et ad alacriter secum cooperandum exhortatur, audire ne renuat. Pro animabus eorum rationem redditurus Deo (cfr. *Hebr.* 13, 17) oratione, praedicatione omnibusque operibus caritatis curam habeat tum eorumdem, tum etiam illorum qui de uno grege nondum sunt, quos in Domino commendatos sibi habeat. Ipse, cum sicut Paulus Apostolus cunctis debitor sit, promptus sit omnibus evangelizare (cfr. *Rom.* 1, 14-15), fidelesque suos ad operositatem apostolicam et missionalem exhortari. Fideles autem Episcopo adhaerere debent sicut Ecclesia Iesu Christo, et sicut Iesus Christus Patri, ut omnia per unitatem consentiant,⁶¹ et abundanter in gloriam Dei (cfr. *2 Cor.* 4, 15).

⁵⁷ Cfr. textus *examinis* in initio consecrationis episcopalis, et *Oratio* in fine Missae eiusdem consecrationis, post *Te Deum*.

⁵⁸ Benedictus XIV. Br. *Romana Ecclesia*, 5 oct. 1752, § 1: *Bullarium Benedicti XIV.*, t. IV, Romae, 1758, 21: «Episcopus Christi typum gerit. Eiusque munere fungitur». Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 1. c., p. 211: «Assignatos sibi greges singuli singulos Christi nomine pascunt et regunt».

⁵⁹ Leo XIII, Epist. Encycl. *Satis cognitum*, 29 iun. 1896: ASS 28 (1895-96) p. 732. Idem, Epist. *Officio sanctissimo*, 22 dec. 1887: ASS 20 (1887) p. 264. Pius IX, Litt. Apost. ad Episcopos Germaniae, 12 mart. 1875, et Alloc. Consist., 15 mart. 1875: Denz. 3112-3117, in nova ed. tantum.

⁶⁰ Conc. Vat. I, Const. dogm. *Pastor aeternus*, 3: Denz. 1828 (3061), Cfr. Relatio Zinelli: Mansi 52, 1114 D.

⁶¹ Cfr. S. Ignatius M., *Ad Ephes.* 5, 1: ed. Funk, I, p. 216.

28. Christus, quem Pater sanctificavit et misit in mundum (*Io.* 10, 36), consecrationis missionisque suae per Apostolos suos, eorum successores, videlicet Episcopos participes effecit,⁶² qui munus ministerii sui, vario gradu, variis subiectis in Ecclesia legitime tradiderunt. Sic ministerium ecclesiasticum divinitus institutum diversis ordinibus exercetur ab illis qui iam ab antiquo Episcopi, Presbyteri, Diaconi vocantur.⁶³ Presbyteri, quamvis pontificatus apicem non habeant et in exercenda sua potestate ab Episcopis pendeant, cum eis tamen sacerdotali honore coniuncti sunt⁶⁴ et vi sacramenti Ordinis,⁶⁵ ad imaginem Christi, summi atque aeterni Sacerdotis (*Hebr.* 5, 1-10; 7, 24; 9, 11-28), ad Evangelium praedicandum fidelesque pascendos et ad divinum cultum celebrandum consecrantur, ut veri sacerdotes Novi Testamenti.⁶⁶ Muneris unici Mediatoris Christi (*1 Tim.* 2, 5) participes in suo gradu ministerii, omnibus verbum divinum annuntiant. Suum vero munus sacrum maxime exercent in Eucharistico cultu vel synaxi, qua in persona Christi agentes⁶⁷ Eiusque mysterium proclamantes, vota fidelium sacrificio Capitis ipsorum coniungunt, et unicum sacrificium Novi Testamenti, Christi scilicet Sese Patri immaculatam hostiam semel offerentis (cfr. *Hebr.* 9, 11-28), in sacrificio Missae usque ad adventum Domini (cfr. *1 Cor.* 11, 26) repraesentant et applicant.⁶⁸ Pro fidelibus autem poenitentibus vel aegrotantibus ministerio reconciliationis et alleviationis summe funguntur, et necessitates ac preces fidelium ad Deum Patrem afferunt (cfr. *Hebr.* 5, 1-4). Munus Christi Pastoris et Capitis pro sua parte auctoritatis exercentes,⁶⁹ familiam Dei, ut fraternitatem in unum animatam,⁷⁰ colligunt et per Christum in Spiritu ad Deum Patrem adducunt. In medio gregis Eum in spiritu et veritate adorant (cfr. *Io.* 4, 24). In verbo demum et doctrina laborant (cfr. *1 Tim.* 5, 17), credentes quod in lege Domini meditantes legerint, docentes quod crediderint, imitantes quod docuerint.⁷¹

Presbyteri, ordinis Episcopalis providi cooperatores⁷² eiusque adiutorium et organum, ad Populo Dei inserviendum vocati, unum presbyterium⁷³

⁶² Cfr. S. Ignatius M., *Ad Ephes.* 6, 1: ed. Funk, I, p. 218.

⁶³ Cfr. conc. Trid., Sess. 23, *De sac. Ordinis*, cap. 2: Denz. 958 (1765), et can. 6: Denz. 966 (1776).

⁶⁴ Cfr. Innocentius I., *Epist. ad Decentium*: PL 20, 554 A; Mansi 3, 1029; Denz. 98 (215): «Presbyteri, licet secundi sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent». S. Cyprianus, *Epist.* 61, 3: ed. Hartel, p. 696.

⁶⁵ Cfr. Conc. Trid., l. c., Denz. 956a-968 (1763-1778), et in specie can. 7: Denz. 967 (1777). Pius XII, Const. Apost. *Sacramentum Ordinis*: Denz. 2301 (3857-61).

⁶⁶ Cfr. Innocentius I., l. c. - S. Gregorius Naz., *Apol.* II, 22: PG 35, 432 B. Ps.-Dionysius, *Eccl. Hier.* 1, 2: PG 3, 372 D.

⁶⁷ Cfr. Conc. Trid., Sess. 22: Denz. 940 (1743). Pius XII, Litt. *Encycl. Mediator Dei*, 20 nov. 1947: AAS, 39 (1947) p. 553; Denz. 2300 (3850).

⁶⁸ Cfr. Trid.: Denz Sess 22: Denz. 938 (1739-40). Const. Vat. II *De Sacra Liturgia*, n. 7 et n. 47.

⁶⁹ Cfr. Pius XII, Litt. *Encycl. Mediator Dei*, l. c., sub. n. 67.

⁷⁰ Cfr. S. Cyprianus, *Epist.* 11, 3: PL 4, 242 B; Hartel, II, 2, p. 497.

⁷¹ *Ordo consecrationis sacerdotalis*, in impositione vestimentorum.

⁷² *Ordo consecrationis sacerdotalis*, in praefatione.

⁷³ Cfr. S. Ignatius M., *Philad.* 4: ed. Funk, I, p. 266. S. Cornelius I., apud S. Cyprianum, *Epist.* 48, 2: Hartel, III, 2, p. 610.

cum suo Episcopo constituunt, diversis quidem officiis mancipatum. In singulis localibus fidelium congregationibus Episcopum, quocum fidenti et magno animo consociantur, quodammodo praesentem reddunt eiusque munera et sollicitudinem pro parte suscipiunt et cura cotidiana exercent. Qui sub auctoritate Episcopi portionem gregis dominici sibi addictam sanctificant et regunt, Ecclesiam universalem in suo loco visibilem faciunt et in aedificando toto corpore Christi (cfr. *Eph.* 4, 12) validam opem afferunt. Ad bonum autem filiorum Dei semper intenti operam suam ad opus pastorale totius dioeceseos, immo totius Ecclesiae conferre studeant. Propter hanc in sacerdotio et missione participationem Presbyteri Episcopum vere ut patrem suum agnoscant eique reverenter oboediant. Episcopus vero Sacerdotes cooperatores suos ut filios et amicos consideret, sicut Christus discipulos suos iam non servos sed amicos vocat (cfr. *Io.* 15, 15). Corpori igitur Episcoporum, ratione Ordinis et ministerii, omnes sacerdotes, tum dioecesani tum religiosi coaptantur et bono totius Ecclesiae pro sua vocatione et gratia inserviunt.

Vi communis sacrae ordinationis et missionis Presbyteri omnes inter se intima fraternitate nectuntur, quae sponte ac libenter sese manifestet in mutuo auxilio, tam spirituali quam materiali, tam pastorali quam personali, in conventibus et communione vitae, laboris et caritatis.

Fidelium vero, quos spiritualiter baptisate et doctrina genuerunt (cfr. *1 Cor.* 4, 15); *1 Pt.* 1, 23), curam tamquam patres in Christo agant. Forma facti gregis ex animo (*1 Pt.* 5, 3) suae communitati locali ita praesint et inserviant, ut ista digne vocari possit illo nomine, quo unus et totus Populus Dei insignitur, Ecclesiae scilicet Dei (cfr. *1 Cor.* 1, 2; *2 Cor.* 1, 1; et passim). Memores sint se sua cotidiana conversatione et sollicitudine fidelibus et infidelibus, catholicis et non catholicis, faciem ministerii vere sacerdotalis et pastoralis exhibere, omnibusque testimonium veritatis et vitae reddere debere, et ut boni pastores illos quoque quaerere (cfr. *Luc.* 15, 4-7), qui baptizati quidem in Ecclesia catholica a praxi sacramentorum, vel imo a fide defecerunt.

Quia genus humanum hodie magis magisque in unitatem civilem, oeconomicam et socialem coalescit, eo magis oportet ut sacerdotes, coniuncta cura et ope sub ductu Episcoporum et Summi Pontificis, omnem rationem dispensationis elidant, ut in unitatem familiae Dei totum genus humanum adducatur.

29. In gradu inferiori hierarchiae sistunt Diaconi, quibus «non ad sacerdotium, sed ad ministerium» manus imponuntur.⁷⁴ Gratia etenim sacramentali roborati, in diaconia liturgiae, verbi et caritatis Populo Dei, in communione cum Episcopo eiusque presbyterio, inserviunt. Diaconi est, prout ei a competenti auctoritate assignatum fuerit, solemniter baptismum

⁷⁴ *Constitutiones Ecclesiae aegyptiacae*, III, 2: ed. Funk, *Didascalia*, II, p. 103. *Statuta Eccl. Ant.* 37-41: Mansi 3, 954.

administrare, Eucharistiam servare et distribuere, matrimonio Ecclesiae nomine adsistere et benedicere, Viaticum moribundis deferre, fidelibus sacram legere Scripturam, populum instruere et exhortari, fidelium cultui et orationi praesidere, sacramentalia ministrare, ritui funeris ac sepulturae praeesse. Caritatis et administrationis officiis dediti, meminerint Diaconi moniti Beati Polycarpi: «Misericordes, seduli, incedentes iuxta veritatem Domini, qui omnium minister factus est».⁷⁵

Cum vero haec munera, ad vitam Ecclesiae summopere necessaria, in disciplina Ecclesiae latinae hodie vigenti in pluribus regionibus adimpleri difficulter possint, Diaconatus in futurum tamquam proprius ac permanens gradus hierarchiae restitui poterit. Ad competentes autem varii generis territoriales Episcoporum coetus, approbante ipso Summo Pontifice, spectat decernere, utrum et ubinam pro cura animarum huiusmodi diaconos institui opportunum sit. De consensu Romani Pontificis hic diaconatus viris maturioris aetatis etiam in matrimonio viventibus conferri poterit, necnon iuvenibus idoneis, pro quibus tamen lex coelibatus firma remanere debet.

(Continuabitur)

⁷⁵ S. Polycarpus, *Ad Phil.* 5, 2: ed. Funk, I, p. 300: Christus dicitur, «omnium diaconus factus». Cfr. *Didachè*, 15, 1: ib., p. 32. S. Ignatius M., *Trall.* 2, 3: ib., p. 242. *Constitutiones Apostolorum*, 8, 28, 4: ed. Funk, *Didascalia*, I, p. 530.

SACRA CONGREGATIO CONCILII D E C R E T U M

Cum hoc anno Festum Sancti Joseph in feriam sextam Quadragesimae incidat, in qua lex abstinentioniae obligat ad normam canonis 1252 § 4 Codicis Iuris Canonici, plures locorum Ordinarii e variis Nationibus petierunt ut praedicto die abstinentioniae lex relaxetur.

Quare, de speciali Summi Pontificis mandato, haec Sacra Congregatio Concilii Ordinariis locorum, in quibus sollemnitas Sancti Joseph tanquam festum de praecepto celebratur, facultatem tribuit fideles praefata feria sexta a dicta lege dispensandi.

Datum Romae, die 9 martii 1965.

P. PALAZZINI, *a Secretis*.

P. CARD. CIRIACI
Praefectus

SACRA CONGREGATIO RITUUM D E C R E T U M

Pervigil, indefaticata ac pientissima Mater Ecclesia suis filiis victricia suppeditat arma vel in extremo vitae discrimine constitutis, eos ad supremum certamen et victoriam adiuvando.

Cum vero hac aetate nostra maiora, eaque magis inopinata, sint vitae pericula, plurimi sacrorum Antistites, ad aeternam christifidelium salutem in extremo agone procurandam, supplices adhibuerunt Summo Pontifici preces ut, non obstante canone 946 C.I.C., facultatem concedere dignaretur omnibus et singulis sacerdotibus sacrum infirmorum Oleum secum deferendi, praesertim cum itinera variis vehiculis faciunt.

Sanctissimus porro Dominus noster PAULUS Divina Providentia PAPA VI, referente infrascripto Sacrae Rituum Congregationis Cardinali Praefecto, in Audientia die 4 Martii huius anni eidem concessa, attentis peculiaribus expositis adiunctis, facultatem benigne fecit Ordinariis locorum permittendi sacerdotibus, ut sacrum infirmorum Oleum rite benedictum, in tuta ac decenti custodia asservatum, secum deferre valeant, cum rerum adiuncta id suadeant.

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Die 4 Martii 1965.

ARCADIUS MARIA CARD. LARRAONA
S.R.C. Praefectus

L. ✠ S.

FR. FERDINANDUS ANTONELLI
S.R.C. a secretis

LITURGICAL SECTION

CONSILIUM AD EXSEQUENDAM CONSTITUTIONEM DE SACRA LITURGIA

DE ORATIONE COMMUNI SEU FIDELIUM

*Eius natura, momentum ac structura.
Criteria atque specimina ad experimentum
Coetibus territorialibus Episcoporum proposita*

PRAENOTANDA

De Oratione communi seu fidelium, Constitutio de sacra Liturgia quae sequuntur docuit ac decrevit (art. 53) :

« “Oratio communis” seu “fidelium”, post Evangelium et homiliam, praesertim diebus dominicis et festis de praecepto, restituatur, ut populo eam participante, obsecrationes fiant pro sancta Ecclesia, pro iis qui nos in potestate regunt, pro iis qui variis premuntur necessitatibus, ac pro omnibus hominibus totiusque mundi salute ».

Item, de eadem Oratione communi, Instructio ad executionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam, die 26 septembris 1964 data, sic loquitur (n. 56) :

« In locis ubi iam viget consuetudo faciendi orationem communem seu fidelium, ante Offertorium, dicto *Oremus*, fiat interim iuxta formulas in singulis regionibus exstantes; quam celebrans aut ad sedem, aut ex altari aut in ambone vel ad cancellos moderatur. Intentiones seu deprecationes a diacono vel a cantore vel ab alio idoneo ministrante cani possunt, servatis tamen celebranti verbis introductionis atque oratione conclusiva, quae de more erit oratio: “Deus, refugium nostrum et virtus” (cf. *Mis-*

sale Romanum, Orationes diversae, n. 20), aut alia peculiari necessitati magis respondens. In locis ubi orationis communis seu fidelium usus non habetur, competens auctoritas territorialis decernere potest ut fiat, modo supra indicato, formulis interim ab ipsa approbatis ».

Praesens libellus intendit hos textus explanare seu illustrare, ita ut competenti auctoritati territoriali suppeditentur rationes ad recte, pro sua dicione, formulas parandas, vel criteria ad eas approbandas.

E Civitate Vaticana, 13 ianuarii 1965.

De mandato E.mi Praesidis

A. BUGNINI, C.M.
a Secretis

N.B. - Octo specimina tonorum pro « Oratione fidelium », quae facile accommodari possunt formulis orationis fidelium ab auctoritate ecclesiastica territoriali approbandis, quaeque in Appendice habentur, exstant in libello cui titulus: « Cantus, qui in Missali romano desiderantur, iuxta Instructionem ad executionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam et iuxta ritum Concelebrationis » (Typis Polyglottis Vaticanis, 1965).

CAPUT I

DIRECTORIUM PRACTICUM

§ I. DE ORATIONIS COMMUNIS NATURA ET MOMENTO PASTORALI

1. Nomine orationis seu fidelium venit deprecatio seu intercessio post invitationem idonei ministri, a coetu fidelium quata tali ad Deum directa, in qua obsecrationes fiunt pro variis Ecclesiae, praesertim universalis, totiusque mundi necessitatibus.

2. Animadvertantur ergo tres notae propriae huius orationis:

1) *Est supplicatio ad Deum*. Proinde non exprimit tantum adorationem vel gratiarum actionem, vel laudem alicuius Sancti; nec est commemoratio didactica aliquarum veritatum circa officia religionis vel naturam Missae.

2) *Petit a Deo praesertim beneficia universalia*: pro tota Ecclesia, pro mundo, pro omnibus « qui variis premuntur necessitatibus », quamquam laudabiliter precetur etiam pro ipsis fidelibus hic et nunc congregatis.

3) *Spectat ad populum fidelem* (« populo eam participante ») utpote coetus respondet invitationibus ministri, et non tantum per unam acclamationem concludi petitiones a solo ministro expressas.

3. Oratio communis locum habet non solum intra Missam, sed etiam alibi « in piis sacrisque exercitiis et in multis liturgicis actionibus », secundum locutiones Constitutionis conciliaris (art. 118). Eam promendo, Ecclesia congregata, certa fide credens in Sanctorum communionem et in universam suam vocationem, tamquam magna deprecatrix et advocata pro hominibus constituta apparet. Plebs sancta Dei praesertim per sacramentalem participationem, sed etiam hanc orationem fundendo, regale suum sacerdotium eminenter exercet. De se, etiam nunc, pertinet ad fideles solos et non ad catechumenos.

4. Intra Missam autem oratio communis insignem locum tenet, uti cardo inter duas illius partes; etenim liturgiam verbi in qua memorata sunt et mirabilia Dei et vocatio christifidelium concludit; atque ad liturgiam eucharisticam manuducit, enuntiando nonnullas ex his intentionibus tam universalibus quam particularibus pro quibus sacrificium offerendum est.

5. Usus orationis communis, cum sit insignis et regularis pars missae, quam saepissime instaurandus est, ita ut « praesertim diebus dominicis et festis de praecepto restituatur » (Const. art. 53), sed etiam in feriis, intra omnes missas cum concursu populi celebratas.

§ II. DE ORATIONIS COMMUNIS PARTIBUS ATQUE MINISTRIS

6. Oratio fidelium complectitur diversas partes, scilicet: enuntiationes sive propositiones intentionum, responsiones coetus fidelium, formulas conclusivas. Inter has partes computari potest etiam praevia admonitio.

7. Officium est enim celebrantis fideles excitare ad orationem communem, pronuntiando praeviam admonitionem, magis momenti liturgici et pastoralis. Haec introductio, plerumque brevis, semper vero ad plebem, non ad Deum, directa, respectum

poterit habere temporis liturgici, thematis festivitatis, vel vitae Sancti celebrati, connectendo cum eis orationem subsequentem. Quae tamen omitti poterit, iusta de causa, praesertim si oratio communis statim sequitur homiliam.

8. Secundum antiquum usum romanum, sacerdos ipse potest ad populum dirigere intentiones. Sed secundum *Instructionem* (n. 56), hoc officium pertinet plerumque ad diaconum.

In missis sine diacono, hoc munus detur alicui ministranti idoneo (v. gr. Commentatori), sive ipso celebranti vel uni ex concelebrantibus.

Sed si propositiones intentionum modulantur, quod optabile esset, oportet ut hic minister seu ministrans idoneus sit qui recte cantet.

Cum celebrans ipse non pronuntiat intentiones, respondet cum populo, nec prosequitur missam donec concludatur oratio communis sicut provisum est in *Instructione* pro Confirmatione aut Matrimonio intra Missam celebrata (n. 66 et n. 72).

9. Post sacerdotalem admonitionem introductionis (in sequentibus formulis nuncupatam "sectio A"), in qualibet oratione communi (exceptis casibus de quibus numero sequenti) intentionum series de more erunt quatuor, scilicet:

B) pro necessitatibus universalis Ecclesiae, v. g. pro Papa, Concilio, pastoribus Ecclesiae, re missionaria, unitate Christianorum, vocationibus sacerdotalibus et religiosis, etc. (sectio B orationis communis);

C) pro nationis et orbis rebus publicis, v. g. pro pace, moderatoribus rei publicae, aërum temperie, incolumitate segetum, publicis electionibus, oeconomicis discriminibus, etc. (sectio C);

D) pro his qui laborant egestate vel difficultatibus, v. g. pro absentibus, a persecutione vexatis, operariis sine conductione (« chômeurs »), languentibus et infirmis, agonizantibus, carcere detentis, exsulibus, etc. (sectio D);

E) pro ipso coetu fidelium et fratribus localis communis, v. g. pro huius paroeciae baptizandis, confirmandis, ordinandis, nupturientibus, pastoribus, pro proxima missione paroecali, prima communione, etc. (sectio E).

Ex qualibet serie saltem una intentio proferetur.

10. Si celebratio erit votiva, ut in nuptiis, funeribus, etc.,

largior amplitudo tribuatur intentioni votivae, sed numquam derelinquendo totaliter intentiones universales.

11. *Ratione structurae, propositiones triplici forma exprimi solent* (sicut dicitur in conspectu historico):

a) forma plena (oremus *pro ... ut ...*), in qua enuntiatum et pro quibus orandum, et quid pro eis petendum. Tales sunt invitationes ad precem, seu prior pars singularum orationum sollemnium Feriae VI Hebdomadae sanctae;

b) forma partialis prima (oremus *ut ...*), in qua statim memoratur quae gratia postulanda, uno tantum verbo significante pro quibus fit precatio. Tales sunt petitiones ultimae partis litaniae Sanctorum;

c) forma partialis altera (oremus *pro ...*), in qua profertur tantum pro quibus intercessio fit. Tales sunt etiam quaedam litaniae deprecativae tam in Oriente quam in Occidente.

12. Maximum momentum habet ea pars orationis communis qua exercetur participatio populi; quae, ut vera et actiosa sit, melius est ut iteretur quoties enuntiatum invitatio ad orationem. Cuius quatuor sunt varii modi:

a) acclamatio quaedam brevis semper eadem in eadem celebratione; forma quidem participationis faciliior, et antiquo usu recepta sub nomine litaniae;

b) participatio per orationem sub silentio factam, congrua pausa observata; haec participatio tacita, venerabili usu romano orationum sollemnium probata, et si minus actiosa apparet, miram plenitudinem precationis conferre potest;

c) communis recitatio formulae deprecativae satis longae; attamen ne talis forma precationis fastidiosa fiat, oportet ut varientur textus, et requiritur ut fideles eos scriptos in manibus habeant;

d) ultima forma consistit in hoc quod secunda cum prima coniungitur, quod fit cum, post aliquod silentium, per alteram et brevissimam interventionem diaconi, suscitatur acclamatio populi; quae forma potest adhiberi in aliquibus casibus sollemnioribus.

Nemo dubitat quod primus modus maxime commendari debeat, etsi convenit habere plenam libertatem alios adhibere.

13. Cum vero participatio populi expresse postuletur a Constitutione de sacra Liturgia, et sit revera pars principalis

orationis fidelium, nullo modo convenit, in Missis cum concursu populi, ut sola schola cantorum vel soli ministrantes respondeant ei qui promit intentiones.

14. Conclusio orationis fidelium ad praesidem pertinet (cf. *Instr.*, n. 56). Generaliter sufficit una tantum interventio in fine totius orationis.

§ III. DE LIBERTATE SERVANDA IN USU ORATIONIS COMMUNIS

15. Ut oratio communis exprimat veram deprecationem Ecclesiae, universalis quidem, sed in omni loco et tempore adaptatae, optanda est libertas apte variandi formulas et eas conformandi ad indolem regionum vel populorum.

16. Potest statui maior constantia in parte conclusiva, necnon uniformitas quaedam responsionum populi pro singulis nationibus vel regionibus finitimis eiusdem linguae; et relinqui maior libertas seligendi intentiones et modos participationis; salvis semper proprietatibus essentialibus orationis communis supra positis.

17. Pro universo ritu Romano, Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia proponit *principia* et *normas* ad orationem communem bene ordinandam.

18. Pertinet quidem ad coetus territoriales et, si casus fert, ad Ordinarios locorum, approbare formulas (cf. *Instr.*, n. 56), et amplas collectiones intentionum electioni rectorum ecclesiarum praebere.

19. Etenim convenit ut relinquatur rectori ecclesiae libertas:

a) seligendi inter multiplices formulas intentionum approbatas, quae pro unaquaque serie proponuntur;

b) item et addendi paucas alias intentiones ab ipso compositas, dummodo stet norma servandi quatuor genera intentionum de quibus supra n. 9, et textus sit antea scriptus.

20. Ne oratio communis intempestiva diuturnitate gravet fideles, auctoritas competens, si casus fert, potest statuere numerum maximum intentionum in Missa adhibendum. Attamen, hic numerus superari poterit pro opportunitate, ex. gr. in celebratione verbi in aliqua peregrinatione vel in aliquo extraordinario conventu.

CAPUT II

EXEMPLA PROPOSITA AD COMPONENTA SCHEMATA
PRO ORATIONE COMMUNI

Haud exigitur ut exempla hic posita ad verbum vertantur in varias linguas vernaculas. Convenit potius ut aptentur ingenio vel linguae cuiusque populi.

Etiam vocabulum « oratio communis » seu « oratio fidelium » poterit opportune reddi aliis verbis, ut « prex » vel « deprecatio universalis ». Nam, si locutiones « oratio communis » vel « oratio fidelium » in documentis servantur, ut antiquitus receptae et *technicum* sensum habentes, eorum litteralis translatio minus apta videtur, tota Missa enim est oratio communiter participata, et *Pater noster* est oratio proprie ad fideles perti-nens.

Haec nonnulla exempla non excludunt alios modos conficiendi orationem communem, praesertim in regionibus ubi iam viget consuetudo hanc orationem peragendi.¹

FORMULA PRIMA

*(Generalis)*A) *(Admonitio praevia)* (cf. supra, n. 7)

Ad Deum Patrem omnipotentem, qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, tota mentis nostrae, fratres carissimi, dirigatur oratio.

B) *(1^a series intentionum)* (cf. supra, n. 9. B)

Oremus pro Ecclesia sancta Dei; ut eam Dominus custodire et fovere dignetur.

(Participatio populi) (cf. supra, n. 12. a)

— Praesta, Deus omnipotens.²

¹ V. g. in aliquibus regionibus viget mos proponendi intentiones secundum modum qui in ultima parte litaniae Sanctorum adhibetur.

² Potest ad libitum adhiberi vel ista acclamatio deprecativa, ex iis quae infra in sequentibus formulis ponuntur, vel alia, attendendo tamen ut cum intentionibus praemissis necnon cum admonitione praevia concordet sint

C) (*2^a series intentionum*) (cf. *supra*, n. 9. C)

Oremus et pro totius orbis populis; ut inter eos Dominus concordiam servare dignetur.

— Praesta, Deus omnipotens.

D) (*3^a series intentionum*) (cf. *supra*, n. 9. D)

Oremus et pro omnibus qui variis premuntur necessitatibus; ut omnes Dominus sublevare dignetur.

— Praesta, Deus omnipotens.

E) (*4^a series intentionum*) (cf. *supra*, n. 9. E)

Oremus et pro nobismetipsis ac pro nostra communitate; ut nos omnes Dominus hostiam sibi acceptabilem admittere dignetur.

— Praesta, Deus omnipotens.

F) (*Collecta sacerdotalis conclusiva*) (cf. *supra*, n. 14)

(*sine « Oremus »*) Omnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes et neminem vis perire, exaudi preces populi tui; et praesta, ut et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur, et Ecclesia tua tranquilla devotione laetetur. Per Christum Dominum nostrum.

(*Responsio populi*)

Amen.

FORMULA SECUNDA

(*Generalis*)

A) Fratres, in hac publica et communi oratione quam nunc incipimus, non quisquis pro se, nec tantum pro necessariis suis, sed omnes pro toto populo oremus Christum Dominum.

B) 1. Pro cuncto populo christiano, divinae bonitatis abundantiam deprecemur.

Christe Domine, preces exaudi.

(v. g. si dicatur: « Ad Deum Patrem omnipotentem... », non respondeatur: « Christe, eleison »).

Potest etiam, si opportunior videtur, adhiberi alius modus participationis populi ex descriptis *supra* n. 12 (b, c, d).

2. Pro omnibus nondum credentibus, largitorem spiritualium munerum imploremus.

Christe Domine, preces exaudi.

C) 1. Pro rei publicae moderatoribus, Domini potentiam obsecremus.

Christe Domine, preces exaudi.

2. Pro aëris temperie ac fructuum ubertate, rectorem Dominum deprecemur.

Christe Domine, preces exaudi.

D) 1. Pro fratribus nostris, qui huic sacro coetui interesse non possunt, inspectorem omnium flagitemus.

Christe Domine, preces exaudi.

2. Pro refrigerio fidelium animarum, universae carnis iudicem supplicemus.

Christe Domine, preces exaudi.

E) 1. Pro felici successu sacrae missionis in hac nostra paroecia, Salvatoris clementiam imploremus.

Christe Domine, preces exaudi.

2. Pro N. qui sabbato proximo ordinem sacrum recipiet presbyteratus, aeternum Sacerdotem obsecremus.

Christe Domine, preces exaudi.

F) Precibus nostris quaesumus, Domine, aures tuae pietatis accommoda; et orationes supplicum benignus exaudi. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

FORMULA TERTIA

(Pro tempore Adventus)

A) Adventum Domini nostri Iesu Christi, fratres carissimi, votis omnibus praestolantes, ipsius misericordiam impensius imploremus, ut, sicut ipse ad evangelizandum pauperibus et sa-

nandos contritos corde venit in mundum, ita, nostris quoque temporibus, cunctis egentibus praebeat salutem.

B) 1. Ut Ecclesiam suam sanctam visitet semperque regat, Dominum deprecemur.

Kyrie, eleison.

2. Ut Romanum Pontificem, Antistitem nostrum, universumque ordinem episcopatus donis repleat spiritualium gratiarum, Dominum deprecemur.

Kyrie, eleison.

C) 1. Ut tempora nostra sint, ipsius protectione, tranquilla, Dominum deprecemur.

Kyrie, eleison.

2. Ut mentes eorum qui nos in potestate regunt secundum voluntatem suam dirigat ad omnium bonum promovendum, Dominum deprecemur.

Kyrie, eleison.

D) 1. Ut morbos auferat, famem depellat, omnemque tribulationem avertat, Dominum deprecemur.

Kyrie, eleison.

2. Ut omnes persecutione vexatos misericorditer liberet, Dominum deprecemur.

Kyrie, eleison.

E) 1. Ut caritatis suae testes coram omnibus hominibus in veritate simus, Dominum deprecemur.

Kyrie, eleison.

2. Ut nos in suo adventu vigilantes inveniatur, Dominum deprecemur.

Kyrie, eleison.

F) Deus, refugium nostrum et virtus: adesto piis Ecclesiae tuae precibus, auctor ipse pietatis, et praesta; ut, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum.³

Amen.

³ Secundum traditionem romanam, collecta sacerdotalis conclusiva potest ad Deum Patrem dirigi, etiam si oratio communis populi, quae praecedat, directa est ad Filium.

FORMULA QUARTA

(In exsequiis defunctorum)

A) Deum Patrem omnipotentem, qui Christum Filium suum suscitavit a mortuis, fideliter invocemus pro salute vivorum atque mortuorum.

B) Ut populum suum christianum in fide et unitate stabiliat, Dominum deprecemur.

Deus omnipotens, te supplices exoramus.

C) Ut orbem universum ab omni eruat bellorum nequitia, Dominum deprecemur.

Deus omnipotens, te supplices exoramus.

D) Pro fratribus qui carent opere, victu vel tecto; ut se patrem eorum ostendat, Dominum deprecemur.

Deus omnipotens, te supplices exoramus.

E) (cf. supra, n. 9):

1. Pro hoc defuncto N. qui olim per baptismum accepit semen vitae aeternae; ut perpetuam ei tribuat societatem sanctorum, Dominum deprecemur.

Deus omnipotens, te supplices exoramus.

2. Pro eo qui manducavit Corpus Christi, panem vitae aeternae, ut resuscitet eum in novissimo die, Dominum deprecemur.

(vel pro presbytero) Pro eo qui in Ecclesia munus exercuit sacerdotii, ut participem eum faciat caelestis liturgiae, Dominum deprecemur.

Deus omnipotens, te supplices exoramus.

3. Pro animabus fratrum, propinquorum et benefactorum nostrorum; ut eis tribuat mercedem laboris, Dominum deprecemur.

Deus omnipotens, te supplices exoramus.

4. Pro omnibus qui dormierunt in spe resurrectionis; ut eos accipiat in lumine vultus sui, Dominum deprecemur.

Deus omnipotens, te supplices exoramus.

5. Pro fratribus nostris qui sunt in afflictione; ut eos adiuvet et consoletur, Dominum deprecemur.

Deus omnipotens, te supplices exoramus.

6. Pro omnibus qui hic convenerunt in fide et devotione; ut nos congreget in gloriosum suum regnum, Dominum deprecemur.

Deus omnipotens, te supplices exoramus.

F) Animabus, quaesumus, Domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium; ut eas et a peccatis omnibus exuas, et tuae redemptionis facias esse participes. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

FORMULA QUINTA

(Item in exsequiis defunctorum)

A) Nunc, fratres, communem orationem habeamus, in qua non solum pro defuncto fratre nostro, sed pro Ecclesia, pro pace mundi et pro salute nostra, Dominum Deum nostrum deprecemur.

B) Pro omnibus pastoribus Ecclesiae; ut quae verbis praedicant, etiam ipsi operibus impleant.

Domine, audi et miserere.

C) Pro omnibus qui rebus publicis patriae praesunt, ut iustitiam et pacem promoveant.

Domine, audi et miserere.

D) Pro omnibus qui dolore cruciantur in animo aut corpore; ut se a Deo derelinqui numquam existiment.

Domine, audi et miserere.

E) (*cf. supra, n. 10*):

1. Ut Deus animam famuli sui defuncti N. de potestate tenebrarum et de locis poenarum liberare dignetur.

Domine, audi et miserere.

2. Ut cuncta eius peccata oblivioni perpetuae tradere dignetur.

Domine, audi et miserere.

3. Ut eum Deus apud se in pacis ac lucis regione constituere dignetur.

Domine, audi et miserere.

4. Ut ei beatitudinem et societatem cum sanctis et electis suis concedere dignetur.

Domine, audi et miserere.

5. Pro nostris propinquis et benefactoribus defunctis; ut eos in lumine suae claritatis recipere dignetur.

Domine, audi et miserere.

6. Pro omnibus fidelibus defunctis; ut eos in regno caelorum collocare dignetur.

Domine, audi et miserere.

F) Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

FORMULA SEXTA

(In celebratione Matrimonii)

A) Dilectissimi fratres, pro pace totius orbis, pro felici statu Ecclesiae, et pro cunctorum unitate, Christum Dominum unanimes deprecemur; non obliviscentes eorum qui hodie foedere nuptiali in Christo iunguntur.

B) Pro omni populo christiano; ut de die in diem proficiat in virtute, Christum Dominum deprecemur.

Te rogamus, audi nos.

D) Pro his qui vexationibus, vel iniuriis, aut variis laborant miseriis; ut adiuvet eos et liberet, Dominum deprecemur.⁴

Te rogamus, audi nos.

⁴ Hic ponitur series 2 (C) post 3 (D), ut non videatur status nubentium statim post evocationem miseriarum apparere.

C) Pro pace totius mundi; ut unusquisque secundum facultatem suam ad eam fovendam adlaboret, Dominum deprecemur.

Te rogamus, audi nos.

E) (cf. *supra*, n. 10):

1. Pro christifidelibus N. et N., nunc matrimonio coniunctis, et pro salute eorum, Dominum deprecemur.

Te rogamus, audi nos.

2. Ut benedicat eorum foedus, sicut nuptias sanctificavit in Cana Galilaeae, Dominum deprecemur.

Te rogamus, audi nos.

3. Ut eis concedantur liberi in generis successionem, Dominum deprecemur.

Te rogamus, audi nos.

4. Ut eis tribuatur perfectus amor, pax et auxilium, Dominum deprecemur.

Te rogamus, audi nos.

5. Ut in concordia et firma fide felices conserventur, et bonum testimonium de nomine christiano perhibeant, Dominum deprecemur.

Te rogamus, audi nos.

6. Ut a Spiritu Sancto renovetur gratia sacramenti in omnibus coniugibus hic praesentibus, Dominum deprecemur.

Te rogamus, audi nos.

7. Ut omnes propinquos nostros, iam ex hac vita egressos, in caelestem suam beatitudinem recipiat, Dominum deprecemur.

Te rogamus, audi nos.

F) Omnipotens sempiterne Deus, respice propitius super hos famulos tuos; et praesta, ut in te solum confidentes, gratiae tuae dona percipiant, caritatem in unitate servent, et post huius vitae decursum, ad aeternae beatitudinis gaudia, una cum prole sua, pervenire mereantur. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

ALLIAE COLLECTAE CONCLUSIVAE

1. Exaudi, Domine, plebem tuam; et quod non habent merita supplicantium tua nos semper gratia praeveniens largiatur. Per.

(*Sacram. Veronense, 510*)

2. Gaudeat, Domine, quaesumus, plebs tua beneficiis impletis, et cui fiduciam sperandae pietatis indulges, optatae misericordiae praesta benignus effectum. Per.

(*Sacram. Vicense, 1326*)

3. Supplicem tibi, Domine, plebem placatus intende, et in tua misericordia confidentem clementia largiore comitare; ut qui sine te non potest omnino consistere, tuis beneficiis temporalibus gubernetur, ut proficiat ad aeterna. Per.

(*Sacram. Veronense, 199*)

4. Porrige dexteram, quaesumus, Domine, plebi tuam misericordiam postulanti, per quam et terrores declinet humanos, et solatia vitae mortalis accipiat, et sempiterna gaudia comprehendat. Per.

(*Idem, 460*)

5. Familiae tuae, Domine, preces miseratus intende, et toto tibi corde subiectam proseguere, sustenta, circumtege; ut quae te gubernatore confidit et nullis implicetur malis, et bonis omnibus expleatur. Per.

(*Idem, 473*)

6. Exaudi, Domine, preces nostras, et ut tuis nos muneribus iugiter prosequaris, maiestati tuae fac semper devotos. Per.

(*Idem, 558*)

7. Propitiare, Domine, supplicationibus nostris; et ut nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, praesta, quaesumus, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per.

(*Missale rom., orat. diversae, 34*)

8. Omnipotens sempiterne Deus, qui caelestia simul et terrena moderaris; supplicationes populi tui clementer exaudi; et pacem tuam nostris concede temporibus. Per.

(*Coll. dom. II post Epiph.*)

9. Pateant aures misericordiae tuae, Domine, precibus supplicantium: et, ut petentibus desiderata concedas; fac eos, quae tibi sunt placita, postulare. Per.

(*Coll. dom. IX post Pent.*)

10. Omnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuae, et merita supplicum excedis et vota: effunde super nos misericordiam tuam; ut dimittas quae conscientia metuit, et adicias quod oratio non praesumit. Per.

(*Coll. dom. XI post Pent.*)

11. Deus, qui praesentium hominum vitam agnoscis diversarum necessitatum passionibus subiacere, exaudi desideria supplicantium, suscipe vota credentium. Per.

(*Miss. moz.; PL 85, 753*)

12. Adsit, Domine, quaesumus, propitiatio tua populo supplicanti, ut quod te inspirante fideliter expetit, tua celeri largitate percipiat. Per.

(*Sacram. Veronense, 168*)

13. Domine Deus, rex caeli et terrae; per quem omnia creata subsistunt et gubernantur, exaudi preces nostras; da fidelibus tuis omnibus in fide recta et bono opere persistere; infidelibus autem ad te Deum verum salubriter converti; et ipsis sicut et nobis tibi in gremio electorum perpetuo famulari. Per.

(*Missale Leofrici Exoniensis, ed. Warren, p. 207*)

14. Ascendat oratio nostra usque ad thronum claritatis tuae, Domine, et ne vacua revertatur ad nos postulatio nostra. Per.

(*Stowe Missal, ed. Warren, p. 4*)

15. Ecclesiae tuae, quaesumus, Domine, preces placatus admitte; ut destructis adversitatibus et erroribus universis, secura tibi serviat libertate. Per.

(*Missale rom., orat. diversae, 2*)

16. Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus; tribue, quaesumus ut intercedentibus omnibus sanctis tuis, universorum quos in oratione commendatos suscepimus, et omnium fidelium nomina, beatae praedestinationis liber adscripta retineat. Per.

(*Missale rom., orat. diversae, 36*)

(*Continuabitur*)

RESPONSIONES AD QUAEDAM DUBIA

En quaedam dubia, ad "Consilium" pro solutione transmissa. Solutio quae proponitur nullam induit vestem officialem. Solummodo habet valorem *orientativum*: solutiones enim "ex officio" publici iuris fient, si casus fert, a competenti Auctoritate in "Acta Apostolicae Sedis".

Ad Instructionem.

Ad n. 9 (ordinem numerorum Instructionis sequimur):

"Ordines religiosi, qui ritum proprium habent, possuntne inde a die 7 martii 1965 ipso facto *Instructionem* in praxim deducere, absque propria ulteriore officiali applicatione?"

R. *Negative*. Applicatio ritus proprii ad *Instructionem* a competenti auctoritate parari et ab Apostolica Sede approbari debet.

Ad n. 36):

"Utrum norma de omittendis osculis manus et rerum, quae porriguntur aut recipiuntur, vim habeat etiam cum Episcopus celebrat tam forma sollemni quam non sollemni?"

R. *Affirmative*.

Utrum conveniat omittere osculum anuli Episcopi, quando sacram Communionem distribuit?

R. *Affirmative*.

Ad n. 42

An novae melodiae approbandae sint ab unoquoque Ordinario, aut a Conferentia Episcoporum?

R. Si agitur de novis melodiis pro partibus lingua vernacula a *celebrante et a ministris* canendis, approbatio pertinet tantum ad Conferentiam Episcoporum.

Ad n. 48 b)

Si celebrans *Sanctus-Benedictus* una cum populo canit, videtur logicum ut *Te igitur* incipiat cantu finito. Quid autem

cum *Sanctus* musica "polyphonica" vel "musica sacra moderna" canitur?

R. *Interim* opportunius videtur nihil mutare et celebrantem *Te igitur* statim inchoare, dum canitur *Sanctus*.

Ad n. 48 c)

Utrum omittendae sint preces ad pedem altaris cum ante Missam canitur Tertia, vel in nocte Nativitatis Domini canitur Matutinum.

R. *Affirmative*: agitur enim de actionibus liturgicis, quae immediate praecedunt Missam.

— Utrum preces ad pedem altaris omittendae sint in secunda et tertia Missa in festo Nativitatis Domini et in Commemoratione omnium fidelium Defunctorum, cum sacerdos celebrat tres Missas sine intermissione?

R. *Negative*, cum non sit actio liturgica diversi generis, sed repetitio eiusdem actionis liturgicae, quae proinde completa esse debet.

— Utrum preces ad pedem altaris faciendae, in Missis cum populo celebratis *in dialogo* inter celebrantem et populum recitari debeant?

R. Si populus canit, certo populus preces dicere non debet; si autem populus non canit et ipse cum celebrante preces alternatim recitare *potest*.

Ad n. 48 f)

Potestne celebrans orationes Canonis proferre voce *aliquatenus elata* ut fideles ordinem Canonis melius sequi possint?

R. *Negative*. Nihil innovetur et servantur rubricae.

Ad n. 49

Quandonam celebrans in Missam sedem adire possit.

R. Initio Liturgiae Verbi propriae dictae, id est post collectam.

Ad n. 50

Dicitur: "In Missis non sollemnibus cum populo celebratis, Lectiones et Epistola, una cum cantibus inter ipsas occurrentibus, a lectore idoneo seu ministrante *legi* possunt". Quaeritur num tantum legi, vel etiam *cantari* possint?

R. *Affirmative*, immo pro cantibus interlectionalibus suadet ut cantentur, populo participante saltem verum repetendo. Si autem lectiones lingua vernacula proferuntur, requiritur pro cantu melodia a competenti auctoritate ecclesiastica territoriali approbata (cfr. n. 42).

Ad n. 57 b)

Lingua vernacula admitti potest "in antiphonis ad introitum...". Quaeritur num et in *psalmis* relativis?

R. *Affirmative*.

Ad n. 57 c)

An Missalia necessario bilingua esse debeant.

R. Nova Missalia quae *ex integro* conficiuntur bilingua esse debent; secus, interim, adhiberi possunt Missalia diversa pro partibus lingua latina et lingua vernacula dicuntur.

Ad caput I, X

Utrum sacra Verbi Dei celebratio extra Missam sit vera actio liturgica?

R. *Negative*, saltem pro nunc. Consulto adhibetur adiectivum *sacra*, ne suspicio et confusio orirentur. Non excluditur tamen in instauratione liturgica generali hanc sacram celebrationem ingredi posse ordinem liturgicum. Sed de hoc postea.

DOCTRINAL SECTION

“ENTREVISTA” POR RADIO VATICANA DEL REV.MO P. MAESTRO GENERAL DE LA ORDEN DE PREDICADORES

Nuestro programa de hoy, “ENTREVISTAS CONCILIARES”, se honra con la presencia, ante nuestros micrófonos, del Rev.mo P. Maestro General de la Orden de Predicadores, el español P. Aniceto FERNANDEZ. El P. General de los Dominicos, parece que encarna, en el Concilio, el saber teológico de la gloriosa Orden que tan dignamente gobierna, quizás por eso el Papa le ha nombrado Miembro de la COMISION DOCTRINAL del Vaticano II. Y, ciertamente por eso, nos hemos permitido pedirle hoy esta colaboración que tanto apreciamos, cuando en el Aula Conciliar acaba de debatirse un tema predominantemente teológico.

Y con permiso de Vuestra Paternidad podemos entrar en materia.

1) *Ante todo, P. General, le satisface el esquema DE ECCLESIA que el Concilio ha ido poco a poco elaborando y votando con tanto esfuerzo?*

Resp. 1: Es innegable que este gran esquema ofrece una visión más profunda, más completa del misterio de la Iglesia.

En él se han integrado y expuesto de una manera nueva algunas doctrinas y aplicaciones elaboradas en los recientes movimientos de teología y eclesiología pastorales, que completan nuestra visión cristológica y sobrenatural de la Iglesia como perenne institución salvadora y Cuerpo Místico de Cristo, y que la presentan más perfecta, más hermosa, más actual y apta para continuar en el mundo su obra salvífica a través de todos los siglos y siempre con mayor eficacia.

Es sorprendente la riqueza de ideas contenidas en este esquema, todas ellas de grande importancia doctrinal para orientar mejor a los fieles en la problemática moderna del concepto de la Iglesia y a la vez de un valor práctico inestimable por las benéficas consecuencias que de ellas pueden derivarse para la renovación eclesial y cristiana. Es un trabajo

nuevo y difícil que la teología eclesiológica y pastoral postconciliar se encargará de realizar, explicar y valorar.

Si a este nuevo y difícil trabajo postconciliar de los Pastores y teólogos se añade, como es de esperar, la correspondencia y la colaboración de todos los fieles, el esquema habrá de producir espléndidos frutos. En este aspecto el esquema no puede menos de satisfacer a todos los que estimen estos valores tan importantes y actuales.

2) *Cree V. P. que algunos puntos pueden calificarse de atrevidos y que acaso pudieran causar desconcierto en algunos sectores?*

Resp. 2: El esquema, en la forma que se ha aprobado al final no puede ni debe causar desconcierto ni alarma en ningún sector, porque además del trabajo concienzudo y competente de los Padres conciliares, la aprobación final se hará en presencia del Papa y sin duda con una asistencia especial del Espíritu Santo. Y es claro que en este misterio de la Iglesia como en los demás misterios, hemos de atenernos a la interpretación de la Iglesia, aún cuando no se trate de una verdadera definición dogmática.

Pero debo advertir que la forma actual del esquema no se puede aún decir que sea la definitiva, que se ha de presentar a su aprobación final. Debe tenerse muy en cuenta que en él, por primera vez en un Concilio, se exponen algunos puntos doctrinales fundamentales, que plantean problemas complejos que son difíciles de interpretar y comprender, sobre todo cuando se consideran en relación con otras verdades tradicionales ya definidas y bien determinadas; por ejemplo las referentes a la sacramentalidad de la consagración episcopal, a las facultades que recibe el Obispo en virtud de la consagración y al tema de la colegialidad episcopal.

No es de extrañar que sobre estas cuestiones por primera vez tratadas en un Concilio y todavía no del todo puestas en plena luz por los teólogos, haya habido opiniones divergentes. Ni debe extrañar que en este aspecto, tal vez el esquema no sea aún todo lo perfecto que era de desear. Los numerosos "iuxta modum" o enmiendas presentadas lo demuestran claramente.

Pero hay que tener presente que todos estos modos han de ser examinados y tenidos muy en cuenta en la Comisión Doctrinal, y por consiguiente que el esquema aún puede y debe ser perfeccionado. Y claro está, la última decisión queda siempre reservada al Santo Padre, que con su autoridad plena y suprema puede aprobar o no los esquemas presentados o hacer los cambios que crea convenientes. En la última Encíclica "*Ecclesiam suam*" expresamente dice Paulo VI que desea y espera que su parecer ha de ser conforme al expresado por los Padres Con-

ciliares, en lo cual da claramente a entender que, naturalmente, en conformidad con los poderes que ha recibido de Cristo, se reserva la última decisión.

3) *No cree, P. General, que del tema de la Colegialidad parece desprenderse una colisión de derechos entre el Papa y los Obispos?*

Resp. 3: Prescindiendo de la perfección que el esquema puede aún recibir, me agrada notar que en cuanto a la práctica de las relaciones entre el poder supremo de los Obispos referente a toda la Iglesia, cuando proceden colegialmente, y el poder supremo y pleno del Papa, no pueden existir dificultades, ni peligros, ni colisiones de ningún género; porque por una parte, el esquema, repetidas veces, en conformidad con lo definido en el Vaticano I, reconoce y repite que el poder del Papa sobre toda la Iglesia, Obispos y demás fieles, es pleno y supremo e independiente del consentimiento de la Iglesia; por otra parte para entender bien esta potestad suprema sobre toda la Iglesia, de la cual dice el esquema que pueden ser sujetos los Obispos, cuando proceden colegialmente con el Papa y bajo el Papa, creo conveniente hacer varias advertencias. En primer lugar, el esquema, omite la cuestión del origen inmediato de esta potestad, por lo tanto la cuestión queda en la posición que tenía antes del Concilio. En segundo lugar todos los Padres Conciliares están de acuerdo que la palabra Colegio no se entiende en el sentido estrictamente jurídico, según el cual el Papa sería "primus inter pares", sino en el sentido tradicional y evangélico de Colegio de unidad, paz y caridad y en el cual el Papa conserva siempre su suprema y plena potestad. En tercer lugar, el esquema, declara repetidas veces que el poder supremo que se concede a los Obispos sobre la Iglesia universal cuando proceden colegialmente, se ha de entender que lo ejercen en conformidad con el Papa y subordinados al Papa, de tal manera, que sin una precedente invitación, explícita o implícita, del Papa y sin la indispensable aprobación posterior del mismo Santo Padre, todo lo que puedan enseñar y decidir los Obispos, aún reunidos colegialmente, no puede ser considerado como fruto de su poder sobre toda la Iglesia, ni puede tener valor alguno para la Iglesia universal. Es pues evidente que no puede haber colisión entre estas dos potestades supremas así entendidas. Y en cambio la colegialidad así explicada debe favorecer grandemente el gobierno de la Iglesia y ha de producir copiosos y espléndidos frutos, puesto que ha de promover fuertemente una mayor unión de todos los Obispos dispersos por el mundo, entre sí y con el Papa. Los Obispos todos sentirán un mayor celo y responsabilidad no sólo por los problemas de su diócesis, sino también por los de la Iglesia universal, y el Papa encontrará en ellos una colaboración más valiosa y eficaz para tener un conocimiento más completo de los problemas y exigencias de toda la cristiandad.

Esta unificación más profunda del centro con la periferia de la comunidad cristiana, es una exigencia apremiante de los tiempos modernos, cuyas estructuras políticas y económicas, poderosamente favorecidas por los extraordinarios adelantos científicos, imponen irresistiblemente esa mayor unión entre los pueblos del mundo entero. De esta mayor unión realizada también dentro de la Iglesia en conformidad con las nuevas exigencias, se han de derivar grandes bienes no sólo para la comunidad cristiana sino también para toda la sociedad humana.

4) *Y refiriéndonos concretamente a la única votación negativa del Concilio, que tuvo lugar la semana pasada, nos podría hacer algún comentario sobre su transcendencia y significación?*

Resp. 5: La significación y transcendencia de esta votación negativa es bien manigesta. La Iglesia de ninguna manera está dispuesta a ceder en lo que se refiere al celibato de los sacerdotes, porque, según la expresión de Juan XXIII, lo considera como una de sus joyas más preciadas y de mayor transcendencia para la misión divina a ellos encomendada. Sin duda los Padres han querido manifestar por esta votación negativa que rehusando el diaconado a los jóvenes sin el celibato, que a toda costa desea salvaguardar el celibato de los sacerdotes.

5) *Se ha terminado en el Aula Conciliar la discusión sobre el esquema DE DIVINA REVELATIONE: nadie como V. P. para darnos una idea del esquema ahora presentado, y sus diferencias y ventajas respecto al que fue retirado hace dos años.*

Resp. 5: El esquema actual DE DIVINA REVELATIONE ya discutido, es una tercera redacción, ciertamente superior a la primera, y sobre todo muy superior a la segunda, redactada por la Comisión Mixta. Entre otras muchas diferencias y ventajas que se podrían señalar, me limitaré a indicar tres. Primera, que insiste más en que la Revelación se nos manifiesta no sólo por la palabra divina, hablada o escrita, sino también por el hecho mismo de la Encarnación del Verbo y por todos los actos de su vida santísima. La segunda, es que expone de un modo más amplio la Tradición y la transmisión auténtica por la Iglesia de todo el depósito revelado, en el cual se incluyen no sólo la revelación hablada y escrita sino también todas las riquezas recibidas de Jesucristo, y la mayor de ellas que es Cristo mismo. La tercera, en fin, es que contiene enseñanzas y declaraciones muy importantes para las exigencias y necesidades de la exégesis actual, dando normas más claras que sin duda han de satisfacer a los exégetas e impulsarles a un estudio más hondo de la Sagrada Escritura, teniendo en cuenta los progresos de la ciencia y la fidelidad que siempre deben a la Iglesia.

Conviene también advertir que el Concilio, por razones de oportunidad, no dirime la cuestión de si en la Tradición se contienen verdades que no están claramente expresadas en la Sagrada Escritura ni de ella se pueden deducir con certeza absoluta. Por lo tanto ese problema queda en el mismo estado que antes del Concilio.

6) *Y qué importancia tiene este esquema, más bien de tipo doctrinal en el presente Concilio pastoral, y en el presente momento eclesial predominantemente renovador y ecuménico?*

